



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L. iij

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

rationis metus quem diabolus  
licis dudum fraudibus incur-  
rit circumuenta mortalitas.

Adest enim nobis celi terreque iu-  
dex qui recisso cyrographo de-  
lictorum reatum nostrum miseratus ab-  
soluit. Adest ille dominus qui iu-  
gum captiuitatis antiquae no-  
stris a ceruicibus soluens mero-  
rem mundi eterna libertate le-  
tificet. Adest rex ille mansue-  
tus qui per spacia totius orbis  
caelestis iusticie gressibus ince-  
dens superbientem furentis ini-  
mici conterat tyrannidem. Tu.

¶ Ecce agnus dei qui tollit  
peccata mundi ecce de quo di-  
cebas vobis Qui post me ve-  
nier ante me factus est cui non  
sum dignus corrigiam calceia  
menti soluere. ¶ Hoc est testi-  
monium quod perhibuit io-  
hannes Qui post. **Lectio ij:**

**N**odie namque parturiente ma-  
ria natus est nobis dei filius  
ut germane carnis nostre con-  
ceptione productus creato a  
se homini et pietate paternam  
et fratrum largiretur affem.  
Et natus sane ab intacta est  
femina ut eum pariter et ho-  
minem testaretur partus hu-  
manus: et deum probaret eter-  
na virginitas. Tu. ¶ Nescies  
mater virgo virum peperit si-  
ne dolore saluatore seculorum  
ipsum regem angelorum. Sola vir-  
go lactabat ubere de celo ple-

no. ¶ **B**ea viscera marie vir-  
ginis que portauerunt eterui  
regis filium Sola. **Lectio iij:**

**N**am sicut non poterat nisi caro  
de carne nasci ita non poterat  
dei caro de femineo utero nisi  
sine generante prodire. Prop-  
ter quod ait angelus beatissi-  
me marie spiritus sanctus superue-  
niet in te et virtus altissimi ob-  
umbrabit tibi et quod nasce-  
retur ex te sanctum vocabitur filius  
dei. ¶ **T**otinet in gremio ce-  
lum terramque regentem homo  
dei genitrix perceres comitantem  
heriles. Per quos orbis ouans  
christo sub principe poller. ¶  
Domus pudici pectoris templum  
repetere fit diuina nescies vir-  
ginitas precepit filium dei. Per  
sanctum inquit spiritus superue-  
niet in te. Idcirco tibi fit protuberantia  
sacri spiritus angelice sermo preterit  
ne spectetur carnaliter disputatio  
hebetat celeste tibi ipse myste-  
rium terrena argumentatione  
suda. An non putas eum nonum puerum  
in alio virginitatis potuisse formare  
quod cum primu dederet hominem nec se  
me preterit nec viscera matris quasi  
uult. ¶ **C**onfirmatum est cor vir-  
ginis in quo diuina mysteria ange-  
lo narrate precepit et forma presen-  
tis hominis castis precepit visceribus  
Et benedicta in eternum deum no-  
bis protulit et hominem. ¶ Domus  
sic itaque quecumque. **L. v.** pudici  
que es superne dispensationis arbi-